



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

Parisiis, 1644

XIII. Quod matrimonia in ecclesiis & mediante presbytero contrahi debent:
& quod non post, sed ante carnalem copulam nuptiarum solennia
matrimonia sint benedicenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15653

ANNO CHRISTI 1418. præfinito, vt infra illum, qui voluerit & valuerit, legitimum impedimentum opponat: & ipsi etiam presbyteri infra illum nihilo minus inuestigent, an aliquod impedimentum obfistat, solicitare. Cum apparuerit probabilis conjectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expresse, donec, quid fieri debeat, manifestis constiterit documentis. Qui vero aliter contrahere præsumperint, ad episcopalem auctoritatem puniendi secundum iuris dispositionem remittantur.

XIII.

Quod matrimonia in ecclesiis & mediante presbytero contrahendi debent: & quod non post, sed ante carnalem copulam nuptiarum solennia matrimonia sint benedicenda.

In contrahendis quoque matrimoniis hanc volumus honestatem pro reuerentia sacramenti obseruari, vt vide- licet non nisi per presbyteros, &c. si commode fieri potest, in ecclesia, aliquando in alio loco honesto, sine strepitu, cum honestate debita fiant matrimoniorum copulationes. Matrimonia quoque quæ benedicenda fuerint, non post, vt moris extitit, sed ante ipsorum carnalem consummationem, ac solennitatis nuptiarum celebrationem, pro be- nedictionis ipsius reuerentia benedicantur.

XIV.

Quod patrini baptismales non multiplicentur.

Et quia ex cognatione spirituali, sicut etiam ex car- nali, impedimentum oritur matrimonii, impediens con- trahendum, & dirimens etiam contractum. Vnde, ne nimium inter homines eiusdem parochiæ huiusmodi mul- tiplicantur attinentia, mandamus, quatenus presbyteri parentes baptizandorum puerorum inducere studeant, vt uno tantum viro, vel una muliere, prout Canones dis- ponunt, sint contenti. Ad quod si forte facile induci non possunt, saltem ultra duos, vnum scilicet virum, vel v- nam mulierem, nequam admittant.

Concil. Tom. 29. Vuuu